



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. VII. Christus diverso agmine stipatus, Calvariæ rupem moriturus
ascendit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

plañe incertissima. Ob præsentia? ipso transitu sunt, summa rerum omnium inconstantia, & vicina semper ruina est. Infantiam nobis rapit ignorantia, juvenutem cæcus & vitiosus furor, optimam ætatem invidia, iracundia, habendi studium, & avaritia sibi vendicant, pars vitæ ultima inter morbos elabitur. Hæc nostra ad tumultum via est, jure copiosis lacrymis signanda. Neque verò Christus fletum prohibet, nisi brevem illum & evanidum, nam diuturniorem ac necessarium etiam imperans, *Filie Hierusalem*, inquit, *nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros.* Cruciatu suos plangi non vetat, sed plangi non vult solâ miseratione humanâ. Non igitur quod ista patiar ploratis, sed causam propter quam tanta patior, deploratæ. Ego non repugnantem, nec gravatè, sed libenter ac voluntariè ad mortem abeo. Hæc enim omnia patior amore in vos, & obedientiâ in Patrem. Ad nutum & arbitrium Patris omne meum vivere ordinatum est & mori. Sed uti vitam mors, ita mortem excipiet reditus in vitam. Et ideo hæc defenda non sunt. Desfere potius peccata vestra, quæ & ego ad ingressum urbis ante dies paucos largis lacrymis deflevi. Peccata vestra meæ mortis sunt causæ; hæc me gravant, hæc cruciant, hæc enecant. Et quod dolores meos auget, illud est: Multos nihilominus sua improbitas meorum cruciatuum expertes faciet, & æterni supplicii damnabit. Hoc feridè deplorandum est. Ita Christi documento magis deplorandi sunt qui malè agunt, quam qui malorum odia ferunt. Non enim mors Abelis, sed insidia Caini, non afflictio Davidis, sed nequitia Saulis, non Isaia careere & supplicium, sed Manassis impietas & multiplex flagitium, non Elia fuga, sed Jezabelis tyrannidis deploranda. Ita Christus ad mulieres lamentantes conversus, *Nolite, ait, flere super me.* Cur autem, ô bone JESU, flere nos vetas? tu fundis sanguinem, & nostras prohibes lacrymas? Omnia lugent elementa, vel ipsa plorant saxa, ipsi tecum lugent Angeli; & nos pro quibus moreris, hæc oculis transivimus sicis? Memini me legerè Romanum Oratorem dixisse: *Quid dicam de Socrate, cujus morti illacrymari soleo, Platonem legens?* Et non non Socratis, sed nostri Servatoris acerbissimos cruciatu, dirissimam mortem sine lacrymis vel legamus, vel legi audiamus? Rorera Christus cum fletibus atque sequentibus se loquitur; totâ viâ neminem alium affatus. Herodis curiositari & cunctis ejus quætionibus nec verbulo respondit, quo quidem silentio verba otiosa & vanam curiositatem luculentè damnavit; in viâ ad mortem tacitis lacrymantium affatibus amicissimè, non interrogatus, respondit. Quo quidem dilucidè demonstravit, quam sibi commiseratio ac consensus sit gratus, & quam velit alterum alterius commiserescere, alienumque etiam dolorem dolere. Sæpius profectò & lacrymæ, quæ nozarum odio & amore Christi patientis fundantur, gemmæ sunt. Nos sensus mutuos non nisi per verba intelligimus, per lacrymas tamen cum Deo efficacissimè sermocinamur; hoc idioma Deus probè intelligit, hanc linguam Christus placere sibi publicè ostendit, dum suum lacrymis solatium statim adhibuit, dum sui doloris oblitus stavit alienum mollit. Vera Christi patientis consideratio cor lacrymabundum sibi deposcit. Lacrymæ moverunt Christum, ut inter tot probra & cruciatu crucifigentium matres solatio afficeret, & succinctam sed utilissimam nobis omnibus cohortationem hanc relinqueret: *Quoniam ecce veniunt dies, in quibus dicent: Beate steriles & ventres qui non genuerunt, & ubera qua non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus, Operite nos.* Addit, quod auro & gemmis exarandum: *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Si justitia divina ipsum Dei Filium ob aliena profectus peccata sic mulat, quomodo vilissimum servum

A tractabit ob sua? si lignum viride, homo innocens, sanctus, succo virtutum omnium plenus in tam immanem suppliciorum ignem abjicitur, quid lignis fiet aridis, & exsuccis, hominibus omni gratiâ destitutis, omni scelerum turpitudine operis, quos Thadæus Apostolus arborum autumnales, infructuosas, bis mortuas, eradicatas, homines animales, spiritum non habentes vocat. Hæc tales arbores incendium non evadent. Nam Christus in orbem venit sine peccato, non tamen exiit sine flagello: Nos & nascimur, & vivimus, sæpe etiam morimur in peccatis, cur excipiamur à flagellis? Quocirca Gregorius Magnus rectissimè concludit: *Hinc unusquisque voligat, quid illi sint passuri quos reprobat, si sic cruciat quos amat.* Quotusquisque autem est, cui conscientia non dicat: *Agnosce quoddam arida, exela, trunca, mortua sis arbor, & ideo ignem, quem divina justitia accendet æternis sæculis arsurum, expavesce. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Hæc Christi in viâ fuit conicio, non copiosa verbis, sed sensu & mysteriis. Sermone longiorem imparientia non ferebat tam Judæorum quam Romanorum, qui ad eundem impellebant. Ita pergit mitissimus agnus ad victimam, verè factus spectaculum mundo, & Angelis & hominibus.

S. VII. Christus diverso agmine stipatus Calvariarupem moriturus ascendit.

Certe carnifices, qui fracto gressu lentius incedentem clavibus & hastis propellebant, magnos dolores Christo, injuriam magnam ferebant. Hæc ego tamen omnia Lectori pio commeditanda trado. Graviorem Christo inferunt injuriam, qui parum curant, quid velit jubeatque Deus, sed prout est occasio, prout eos impetus agit, vix ullâ divini honoris habitâ ratione quævis cogitant, dicunt, faciunt. Hi milites sunt, qui Christum crucifigendum impellunt. Ah, maligni comites, qui suum sibi Dominum inter eundem in ipso itinere crucifigunt! Alii comitabantur, Christum, ut eundem iriderent & sibilarent, pendentem ac morientem cernebant & exultarent, quales erant maximè Pharisæi hostes Christi. Alii solâ curiositate ducti exhibant, ut huic spectaculo interessent. Pauci alii miseratione naturali moti, non sine lacrymis sequebantur præeuntem: verum non ut actores & crucigeri, sed ut spectatores meri. Siquidem magnum inter ipsos Christianos discrimen est. Sunt qui crucem, non Christum quarant: sunt etiam qui Christum ambiant, crucem fugiant. Certè omnes invidi, ambitiosi, vindictæ cupidi, pecuniarum avidi, alique martyres mundi cruce[m] multas inveniunt, sed eas raptant & trahunt, idque sine Christo, absque pro merito & præmio. Alii contra homines otiosi, legnes, delicati, ad omnem virtutem torpidi, furtivâ libidine impuri, qui seipsos & carnem unice fovent, Christum quidem amicum cupiunt, sed crucem Christi refugiant. Soli amici veri Christum cum cruce amplectuntur.

D En igitur Christiani, quomodo Servator noster vestem seu petricam ferat, in quâ generosissimus bovis appendetur. En Sacerdos Aaron fert virgam, quæ suo tempore in frondes & flores sese induet. En Princeps pacis suam ipse Monarchiam humeris portat; jam verè factus est principatus super humerum ejus. Crucem Isaïas rectè principatum appellat; thesaurorum crux plena & mysteriorum. Hunc principatum suum Christus ad eum honorat, ut humeris eum ferat, eum etiam totis brachiis brevi amplexatur. Simon Cassianus ita Christum alloquitur: *Dominus meus & Deus meus, quid tendis cum hoc crucis pondere? Numquid plantare vis hanc arborem ut frondeat? Sed radices vix aget, quis enim irrigabit? nimis arida est, & tu in rupem duceris.* Cui respondet Christus: *Ego illam non ut plantas suas olitores aquis, sed meomet sanguine rigabo, sic enim descendet arbor radice, ut ipsi etiam inferi sint eam sensuri.* Hanc

unde Calvaria v. 12. & 19.

Greg. lib. 3. Moral. c. 4. Impii cur pavere debeant.

1. Cor. c. 4. vers. 9.

Varii ad montem Calvaria comites Christi.

Discrimen inter Christianos.

Num. c. 13. vers. 24.

Isaïa cap. 9. vers. 6. Crux est principatus Christi.



si. Hanc autem arborem plantabo, ut illam scientia...

Amor Christi ad mortem anhelantis...

Ioan. cap. 11. vers. 16. Hebr. c. 13. vers. 13.

Afflictio, patientia, sui ipsius despicientia...

Luc. c. 9. vers. 23. Matth. c. 16. vers. 25. Ioan. c. 12. vers. 25. Matth. c. 10. vers. 38.

Philip. cap. 3. vers. 18. & seq.

Non est alia ad caelum via exera illa quam Christus suo signavit sanguine.

In hac vita aut post crux est ferenda; Luc. cap. 16. vers. 25.

Et quantus hic amor est, qui tantopere ad mortem anhelat in tam criminosa societate...

Abimelech, quod iudicium facti memorant, audiens viros curris Sicharorum pariter conglobatos...

Quod me vidistis facere, cito facite. Igitur certatim rami de arboribus praecedentes sequebantur ducentem.

Recordare Jesu pie, quod sum causa tuae viae, ne me perdas illa die. Ita pergamus, & improperium Christi feramus.

malis: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Vis igitur gaudere aeternum...

Crux Christi ponderis fuit maximi, non tantum quia longa, lata, crassa; longa quidem pedes quindecim...

Abimelech, quod iudicium facti memorant, audiens viros curris Sicharorum pariter conglobatos, ascendit in montem...

CAPUT VI.

Christus moriturus vestimentis suis exiit, vino myrrhato crudeliter reficitur.

Peruenimus, duce Christo, in Calvariae rupem. Haec videri poterat ludus, arundine, cocinea veste, dumoso diademate in Hebraeorum regem excogitatus.